

eius erga (sic) nos pietas et nostra erga eam voluntas publica etiam visionem<sup>11</sup> conspiciatur; tabulam quoque patrocinalem in domo eius adfigi.

*Volsiniis rep. a. 1882 in ruderibus aedium aetatis Romanae, tabula aenea (XI 2702 vidit Bormann). — 1) A. p. Chr. 224 (cos. vocabulum collocatum in fine versus primi). — 2) Quinquennales. — 3) Q̄·Q̄1·BI·I·DEM aes. — 4) Primipilaris, vir egregius. — 5) Scr. collegium. — 6) Nostrum. — 7) Bonae memoriae viri. — 8) Quid de ea re fieri placeret, universi ita censuerunt. — 9) Nostros. — 10) Scr. praeditam? — 11) Visione.*

**7218** (*protome Minervae galeata; Medusa*) L. Valerio Maximo et M. Acilio Glabrio<sup>1</sup>ne cos.<sup>1</sup>, non. Ian., | colonia Iulia Feliciae Pisauro, in schola deae | Minerve Aug. col. fabr.<sup>2</sup> collegae univer<sup>3</sup>si convenerunt. Q. u. c. v.<sup>2</sup> facta sunt: | plena obsequia amoris numeri nostri in claritatem domus | Petroni Victorini c. i.<sup>4</sup> patroni nostri demonstrari gloriosum est, quippe cum | dignatio [e]ius in omnibus prona provocet, ut et Setinam Iustam c. f.<sup>5</sup>, coniu<sup>6</sup>gem eius, incomparabilis pudicitiae, plurimo numero filiorum gloriantem, de | quorum genere cum aetate eorum crescit felicitas, patronam nobis | cooptari, Petronium quoque Aufidium Victorinum iun.<sup>8</sup> pari modo sicuti et maiores fratres eius cc. pp.<sup>7</sup> abere nos in numero laetamur, eum quoque | cooptatum patronum prono consensu adscribi gloriae, et ex hoc gaudium nn.<sup>8</sup> | amplificari; placere: pro generis claritate proque senatoria dignitatis<sup>9</sup> | [Petr]oni Victorini c. i.<sup>4</sup>, cuius incomparabili amore<sup>10</sup> et in numerum nostrum dig<sup>11</sup>natione<sup>11</sup> licet impares, tamen obsequio dignitati eius in omnibus parentes | nec aliquit pretermittentes prono animo et voto properamus, cum et Setinam | Iustam c. f. coniugem eius patronam set et Pe[t]ron[is] Aufidium Victorinum | iun. filium eorum, sicuti et fratres eius, patronum nn.<sup>8</sup> cooptasse nos per decre<sup>12</sup>tum insinuamus, quod offerri eis per qq.<sup>12</sup> nn.<sup>8</sup> set et plurimos collegas placuisse | hocque testimonium incidi in tabulam aeneam et quam primum eis offerri ut in | plenum intellegentes amorem numeri nostri perpetua gloria ornare et fo<sup>13</sup>vere nos dignetur<sup>13</sup>. | Censuer.

*Pisauri rep. inter rudera aedificii Romani, tabula aenea fastigiata (XI 6335 vidit Bormann). — 1) A. 256. — 2) Collegii fabrum. — 3) Quod universorum consensu verba. — 4) Clarissimi iuvenis. — 5) Clarissimam feminam. — 6) Nomina ostendunt hunc esse oriundum ab Aufidio Victorino consule iterum a. 183 (cf. supra N. 4129 not. 3), quem Pisaurensis fuisse titulus N. 4129 demonstrat, et Aufidio Victorino consule a. 200. — 7) Clarissimos pueros. — 8) Numeri nostri. — 9) Scr. dignitate. — 10) Amori, 11) dignationi. — 12) Quinquennales. — 13) Scr. dignentur.*

**7219** imp. Licinio Valeriano | Aug. IIII, Licinio Gallieno Aug. III | cos.<sup>1</sup>, idibus Martis. | Quod coeptum studi<sup>2</sup> iuvenum | cultorum<sup>3</sup> dei Herculis maiores | retulerunt patronum cooptandum<sup>4</sup>: | plus speramus beneficia uberiora | pos<sup>5</sup> se<sup>5</sup> consequituros cuius in praete<sup>6</sup>rito summa (sic) dignationem sensimus, et ide<sup>7</sup>o cooptamus Rutilium Viatorem pa<sup>8</sup>tronum cum is qui infra s. s.<sup>7</sup> Nonium Gra<sup>9</sup>tilianum c. v.<sup>8</sup> et Egnatium Sattianum